

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis rebus Caput 2: De paciencia (10)

Ugo:

Quare contempnitis magistrum,

an nescis regem celi a militibus in terra?

Flagellari coram populo non erubuit,
et tu dedignaris expoliari coram magistro?
Accusatur Christus et tacet coram militibus,
ut daret nobis exemplum paciencie.
Accusaris tu et litigas,
ut sis exemplum fratribus peruersitatis et malitie.
Quare ergo resistis spiritui sancto?
Spiritu sancto enim resistit,

qui ueritati contradicit.

Modena, Bibl. Estense, MS lat. 1163, fol.16ra

Quare contempnis magistrum?

An nescis Christum coram Pilato iudicatum?

An nescis regem coeli a militibus in terra flagellatum? (*Matth.* XXVII.)

Tulit Christus crucem pro peccatis tuis, non pro suis,
et tu virgam renuis?

Flagellari non erubuit coram populo,
et tu dedignaris spoliari coram magistro?

Accusatur Christus, et tacet coram militibus,
ut daret nobis exemplum paciencie;

accusaris et tu, et litigas,

ut sis exemplum fratribus peruersitatis et malitie.

Quare ergo resistis Spiritui sancto?

Spiritu sancto resistunt,

qui obdurata mente poenitere nolunt,

qui ueritati contradicunt,

et humilitatem confessionis spernunt.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 2.21 (PL 176, col.1077B).